



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Si episcopus expulsus ausus fuerit ingredi ciuitatè. clxxxiiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

uerfa aliquid de episcopatu loqui atque rursus ad hoc qualibet aspirare præsumptione tentauerit, fraternitatis vestrae se contra improbitatem ipsius omnino vigor accendat, atque dominici corporis & sanguinis communionem priuatum, in monasterium eum vsque ad diem obitus sui ad agendum curet pœnitentiam retrudendum: quatenus perpetrati sceleris maculas, dignis disceat fletibus emendare, quas magis in interitu animæ suæ nequiter augere desiderat. Suprascriptus autem dilectissimus frater noster Nemesion in suo loco & episcopatus officio proculdubio reformetur: & ne denuo hac de re inquietudinem ac molestiam patiatur, sollicitos vos esse necesse est: quia hoc non solum ad huius munitioem, verum etiã ad aliorum constat emendationem proficere, vt prauorũ hominum præsumptio nihil de cætero contra sacrorum canonum statuta, vel ecclesiasticam disciplinam vlllo modo habeat attentare.

Cur sancti apostoli eorumque successores voluerint difficile esse accusationem sacerdotũ. Cap. CLXXXIII.

Talia cogitantes sancti apostoli eorumque successores spiritu Dei repleti, malos homines præuidentes, & simplices considerantes, difficilem aut nõquam voluerunt esse accusationem sacerdotum, ne à malis potuissent euerti aut submoueri: quia si hoc facile concederetur secularibus & malis hominibus, aut nullus, aut vix perpaucci remanerent, quoniam semper fuit & est, & quod peius est nimis viget, vt mali bonos insequantur, & carnales spirituales infestent. Idcirco, vt prædictum est, statuerunt ne accusarentur, aut si aliter fieri non posset, perdifficilis fieret eorum accusatio, & à quibus, vt supradictum est, non præsumeretur, neque à proprijs sedibus, aut Ecclesijs episcopi eiicerentur.

Si episcopus expulsus, ausus fuerit ingredi ciuitatem. Cap. CLXXXIII.

Si episcopus expulsus, ausus fuerit ingredi ciuitatem è qua repulsus est, vel exire de loco in quo degere iustus est, iubemus eum in monasterio in alia prouincia constituto tradi, vt qui sacerdotio peccauit, degens in monasterio corrigatur.

*Ex decre.
Fabiani
pape
Orientali.
episcopis
missis,
cap. 19.*

*Ex epist.
Bonifacij
pape, ad
episcopos
Gallie.*